

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum opponatur fortitudini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](#)

QVAEST. CXXVII.

ARTIC. I.

præsentibus angustijs liberare. Vnde cōtingere potest, quod aliquis minus, quam debet, timeat mortem, & alia temporalia mala, propter hoc, quod minus debito amet ea: sed quod nihil horum timeat, non potest ex totali defectu amoris contingere, sed ex eo, quod aſtimat mala opposita bonis quae amat, sibi subuenire non posse. Quod quandoque contingit ex superbia animi de se præsumere, & alios contemnere, secundum quod dicitur lob. 4. Factus est, ut nullum timeret, omne sublime videt. Quandoque autem contingit ex defectu rationis, sicut * Philosop. dicit in 3. Ethicor. quod stulti propter stultitiam nihil timet. Vnde patet quod esse impavidum, est uitiosum siue cauetur ex defectu amoris, siue cauetur ex elatione animi, siue cauetur ex stoliditate, qua tamen excusat a peccato si sit inuincibilis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iustus commendatura timore non retrahente cum a bono, non quod sit abique omni timore. Dicitur enim Eccle. i. Qui sine timore est, non poterit iustificari.

AD SECUNDUM dicendum, quod mors, uel quid aliud ab homine mortali potest inferri, non est ea ratione timendum, ut a iustitia recedatur. Est tamen timendum, in quantum per hoc homo potest impediri ab operibus virtutis uel quantum ad se, uel quantum ad profectum, quena in alijs facit. Vnde dicitur Proverb. 14. Sapientia timet, & delinat a malo.

AD TERTIUM dicendum, quod bona temporalia debent contemni, in quantum nos impediunt ab amore, & timore Dei: & secundum hoc etiam non debent timeri, unde dicitur Eccle. 34. Qui timet Deum, nihil trepidabit. Non autem debent contemni bona temporalia, in quantum instrumentaliter nos iuuant ad ea quae sunt diuini timoris, & amoris.

ARTICVLVS II.

Vtrum esse impavidum opponatur fortitudini.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod esse impavidum non opponatur fortitudini. De habitis enim iudicamus per actus: sed nullus actus fortitudinis impeditur per hoc, quod aliquis est impavidus: remoto enim timore alius & fortiter sustinet, & audacter aggreditur. ergo esse impavidum, non opponitur fortitudini.

¶ 2 Præt. Eſſe impavidum est uitiosum uel propter defectum debiti amoris, uel propter superbiam, uel propter stultitiam: sed defectus debiti amoris opponitur charitati, superbiam autem humilitati, stultitiam autem prudentiam, siue sapientiam. ergo uitium impaviditatis non opponitur fortitudini.

¶ 3 Præt. Virtuti opponuntur uitia sicut extrema medio: fed unum medium ex una parte non habet nisi unum extreum. Cum ergo fortitudini ex una parte opponatur timor, ex alia uero parte opponatur ei audacia, uidetur quod impaviditas ei non opponatur.

SED CONTRA est, quod * Philosop. in 3. Ethic. ponit impaviditatem fortitudini oppositam.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra * dictum est, fortitudine est circumatores, & audacias. Omnis autem uirtus moralis ponit modum rationis in materia circa quam est. Vnde ad fortitudinem pertinet timor moderatus secundum rationem, ut licet homo timeat quod oportet, & quando oportet.

F tet, & similiter de alijs. Hic autem corrumpi potest, sicut per excessum. Vnde sicut timiditas opponitur excessum timoris, in quantum met, quod non debet, uel feci bet, uel secundum quod non oportet, pauiditas opponitur ei per defectum scilicet aliquis non timet, si

AD PRIMUM ergo dicendum, timiditas est timorem sustinere, qualitercumque, sed secundum non facit impavidus.

AD SECUNDUM dicendum, qm impavidus corrumpt mediu[m] fortitudinis, sed opponitur fortitudini: sed secundum nihil prohibet, quod opponatur ei.

AD TERTIUM dicendum, quod non opponitur fortitudini, secundum eiusmodi fortitudinis, hanc habet, ut in calore, frigore, &c. Sed etiam fortitudinis, in qua perducatur, non est inconveniens, diuersa habeat diuersa extrema.

QVAESTIO CXXVII.

De audacia, in duos articulos diu.

HE INDE confidendum est de audacia. Et circa hoc resurunt duo.

¶ Primò, Vtrum audacia sit peccatum.

¶ Secundò, Vtrum opponatur audacia fortitudini.

ARTICVLVS PRIMUS

Vtrum audacia sit peccatum.

AD PRIMUM sic procedit. Vt audacia non sit peccatum. Dicitur in 1. Iob 39. De equo per quod designatur bonus prædicator, fīm * Gregor. in Moral. q[uod] audacter in occursum pergit amittit: sed nullum uitium credit in commendatione aliquis. ergo esse audacem non est peccatum.

¶ 2 Præt. Sicut * Philos. dicit in 6. Ethic. oportet consiliari quidem tarde, operari autem uocem citetur consilia: fed ad hanc locitatem operandi iuuat audacia. ergo audacia non est peccatum, sed magis aliquid laudabile.

¶ 3 Præt. Audacia est q[uod] dampno habuit est, cū de passionib[us] regre tur: sed spes non ponit peccatum, sed magis uirtus. ergo audacia debet ponni peccatum.

SED CONTRA est, quod dicitur in Eccles. 8. Cum audaci non car-

via, ne forte grauer mala suauitate: nullius autem societas est deuina, nisi propter peccatum ergo audacia est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod audacia, sicut supra * dictum est,